

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2166

Auteur(s) : Robert Recuchon, chevalier, Caen (bailli)

Bénéficiaire(s) : Barbery, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : vidimus

Authenticité : non suspect

Datation : 1317

Action juridique : autre

Langue du texte : ancien français

Analyse

« Cest lacort de monsieur de Fontenay et de labbé et du couvent de Barberie(analyse du milieu du XIVE s.) ». Accord de Robert Bertran, seigneur de Fontenay-le-Marmion, avec l'abbé de Barbery pour les droits de justice à Barbery, Bretteville-sur-Laize, Fresney-le-Puceux, Fontenay-le-Marmion, en 1317 contenant des extraits de la charte confirmant la fondation de l'abbaye de Barbery (1181), d'une donation de Guillaume Bertran à l'abbaye de Barbery en juillet 1288 et d'un vidimus (1288) par Guillaume Bertran d'une charte de Jeanne, dame de Thury, fille de Raoul Taisson, au sujet du moulin de Quevreul en 1262.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instr., n° , p.
- b. Saige Gustave, *Cartulaire de la seigneurie de Fontenay le Marmion*, Monaco, Imprimerie de Monaco, 1895, n° XXXIV, p. 41-48.

Dissertation critique

« samedi avant la Saint Pierre as lians »

Texte établi d'après b

A tous ceuls que ces presentes lettres verront ou orrunt, Robert Recuchon, chevalier, baillif de Caen, salut. Comme descort fust meu entre noble homme monsieur Robert Bertran, seignour de Fontenay le Marmion, dune part, et religious hommes labbé et le couvent de Barberie, dautre, sur plusours justices que ledit chevalier avoit fetes ou fait faire es fieus desdiz religious a Barberie, a Breteville sur Laise, a Fresnay le Puceus, a Fontenay le Marmion et en plusours autres lieux, tant par raison de sa seignourie que par son viscontage, les diz religious disans et maintenant que faire ne le povait : Sachent touz que, a la parfin, les dites parties presentes devant nous le samedi avant la Saint Pierre as lians, lan de grace mil CCC dis et sept, cest assavoir ledit chevalier, dune part, et ledit abbé pour soy et Guillaume Lengrez, procureur audit couvent dudit lieu, si comme nous veismes estre contenu dans une procuration scellée du seel des diz abbé et couvent dautre, lesquelles parties, par le conseil de bonnes gens, congnuent avoir fait pais et acort en la forme et en la maniere qui ensuit : Cest assavoir que ledit chevalier, pour lui et pour ses heirs et pour tous ceuls qui pourroient avoir cause de lui, vout et otria pour Dieu et pour le salu de same et de tous ses ancesours et amis que lesdiz religiours et lour successours tiengnent et posseent paisiblement dorenavant en pure, franche et perpetuel aumosne toutes les choses que ils ont et qui deuls sont tenues es parroisses de Barberie, de Breteville sus Laise, de Fraisney le Puceuz, de Fontenay le Marmion, et en tous les fieus et arriere fieus de

Fontenay le Marmion en quel lieu que il soient ou quelles que elles soient, tant en rentes, en hommes, en terres, en bois, en diesmes et en autres choses quelles que elles soient ou puissent estre, sanz reclamance, justice destrece, seingnourie, franchise, viscontage ne autre chose quelle que elles soient que ledit chevalier ne ses hers ne autre avant cause deuls y puissent james demander ne reclamer par quelle raison que ce soit ou puist estre, en aucune maniere, en temps avenir, fors en la maniere que en leurs lettres est contenu, excepté le viscontage que il a sus les hommes des diz religious resseans en la parroisse de Fontenay le Marmion, de Saint Germain du Quemin, et sur les tenements et demaines des diz hommes en ladite parroisse, tant soulement ; et nauront ledit chevalier ne ses heirs point de viscontage es domaines que tiengnent les diz religious et excepté cen que ledit chevalier au jours de son marchié pourra justicier partout es metes dudit marchié, si comme coustume le deveue pour les droitures et pour les coustumes de son marchié, tant soulement et non pour autre cause. Et vout et otroia ensemment pour luy et pour ses heirs et pour ceuls qui de luy auront cause que les diz religious et lour successours soient quites de toutes coustumes deuez a cause de vendre et de achater en tous les diz fieus et arriere fieus en la maniere que il est convenu en lour lettres de lour fondement que ainsi se commanchent :

In nomine Patris et filii et spiritus sancti, amen. Robertus Marmion, omnibus sancte matris Ecclesie filiis tam presentibus quam futuris in domino salutem. Noverint universa generatio presens et futura Robertum Marmion patrem meum, divini inspiratione consilii abbatiam, et cetera...

Et ainssi se definent :

Preterea constituo et confirmo quod in prefate abbacie cimiterio ego et uxor mea et heredes mei sepulturam habebimus. Ut autem omnia predicta rata permaneant in perpetuum et inconcussa, pagina presenti ipsa volumus annotari et sigillo nostro muniri. — Actum est hac anno ab incarnatione domini M^o centesimo octogesimo primo, mense octobris, testibus hiis : domino Henrico, Baiocensi episcopo, Radulpho de Gouviz, Roberto clerico, Vallerammo archidiaconi (sic), Willelmo presbytero de Fonteneto et Hugone nepote ejus, Josleno monacho, Alexandro monacho, Henrico clerico, Unfrido de Bohon, Ricardo Bigot, Roberto de Moe, Unfrido Potier, Guillelmo Marmion, Johanne de Liveto, Godefrido Aguillon, Simone clerico, Thoma priore, Guillelmo de Brisco, Guillelmo de Dovro, Guillelmo Locart, Renaldo de Cimay?, Gilleberto de Liveto, et multis aliis.

Et especiaument des lettres monsieur Guillaume Berthran dont la tenour de la première est telle :

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Guillelmus Berthran, miles, dominus de Fonteneto le Marmion et de Faus Guernon, pro salute anime mee et animarum antecessorum omnium et heredum meorum, volo et concedo et ratas et gratas habeo, sine molestatione mei vel heredum meorum, in puram et perpetuam elemosinam et quietam, ab omni molta et ab omni servitio et consuetudine et actione seculari et districtu et justicia, omnes elemosinas et donationes Deo et abbacie Beate Marie de Barbereyo et monachis ibidem Deo servientibus factas et omnes acquisitiones ab eisdem monachis acquisitas in feodo quod fuit quondam Roberti Marmion de Fonteneto le Marmion, militis, cum omnibus libertatibus et dignitatibus quas dictus Robertus Marmion dicte abbacie concessit et donavit. Tamen sciendum est quod homines dictorum monachorum residentes apud Fontenetum le Marmion, in feodo quod fuit quondam Roberti Marmion venient et molent ad molendinum meum, sicut alii mei moltarii. Et pro defectu molendini, tantummodo licebit mihi et heredibus meis super dictos homines justiciam exercere, sed nichil aliud in predictis hominibus poterimus de cetero reclamare ratione vel occasione elemosinarum vel rerum ad dictos monachos pertinentium ; salvo tamen mihi jure vicecomitatus mei et communie de Fonteneto in hominibus supradictis. Preterea sciendum est quod dicti monachi in feodo meo de Fonteneto sine assensu mei vel heredum meorum terras vel redditus de cetero emere non poterunt. Tamen quicquid eis datum fuerit gratis in elemosina pro Deo, liceat eis accipere et bene et pacifice et sine molestatione aliqua mei vel heredum meorum possidere, ita tamen quod pro elemosinis que de cetero eisdem dabuntur, redditus mei et servicia mea nullatenus minuantur, et in elemosinis suis dicti monachi se poterunt augmentare. Et hec omnia vite eterne remuneratione ego et heredes mei tenemur et debemus predictis monachis contra omnes gentes deffendere et garantizare tanquam domini capitales. Et ut hec omnia, sicut divisa sunt, rata et stabilia permaneant imperpetuum, predictae abbacie hac presente carta et sigilli mei testimonio confirmavi. Actum anno domini M^o CC^o octogesimo octavo, die martis post festum Sancti Jacobi apostoli, in assisiis Falesie, in mense julii.

Et la seconde est tele :

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, Guillelmus Berthran, miles, dominus de Fonteneto le Marmion et de Faus Guernon, salutem ; noveritis me vidisse et diligenter inspexisse litteram compositionis facte inter religiosum virum abbatem et conventum Beate Marie de Barbereyo et bone ac pie memorie Johannam, dominam de Thurie, aviam meam, que talis est :

Universis presentes litteras inspecturis et auditoris, Johanna, domina de Thureyo, filia Radulphi Taysson salutem in Domino. Noveritis quod cum inter viros religiosos abbatem et conventum beate Marie de Barbereyo, ex una parte, et me, tempore viduitatis mee, ex altera, occasione cujusdam molendini quod vocatur Quevreoul, siti in parrochia de Fresnay le Pucheus contentio verteretur super tribus articulis inferius annotatis : primo ex eo quod dicebam me et heredes meos debere molere sine solutione moute in dicto molendino quando apud Fontenetum le Marmion residenciam faceremus, alternatim tamen ad molendinum de Moye et ad molendinum superius nominatum ; secundo ex eo quod dicebam molendinarium nostrum debere partiri moutam totam et primo capere partem nostram antequam dicti religiosi aliquid caperent in mouta predicta ; tercio, ex eo quod dicebam me et heredes meos habere justiciam dicti molendini pertinentem tam ad partem nostram quam ad partem dictorum religiosorum ; que omnia et singula mihi et heredibus meis dicti religiosi penitus denegabant, tandem super hoc amicabiliter convenimus in hunc modum : videlicet quod nec ego, nec heredes mei poterimus nec debebimus de cetero molere molendino quin moutam debitam persolvamus ; item, nec ego nec heredes mei nec molendinarii nostri habebimus de cetero prerogativam nec aliquod avantagium nec dominium in percipiendo vel capiendo moutam in dicto molendino ; item in possessionibus dictorum religiosorum et in possessionibus hominum suorum ubicunque sint in toto feodo de Fonteneto le Marmion, ego et heredes mei, ratione molendini predicti non poterimus nec debebimus de cetero aliquam justiciam exercere, nec eciam reclamare ; immo dominium, districtus, dangerium, placita et emende omnium predictorum dictis religiosis penitus remanebunt cum pertinenciis justiciarum, placitorum, et etiam emendarum sine aliqua reclamacione et molestacione mei et heredum meorum de cetero faciendis. Et sciendum quod predicti religiosi de cetero habebunt medietatem tocius porcionis quam in molendino superius nominato et ejusdem pertinenciis habebamus. Ipsi vero religiosi, pro bono pacis, medietatem tocius porcionis quam habebant in dicto molendino et ejusdem pertinenciis mihi et heredibus meis concesserunt. Sciendum eciam quod ipsi ex una parte, et ego et heredes mei, ex altera, erimus pares de cetero et equales, medietate ad medietatem, in capiendo omnes moutas ad dictum molendinum pertinentes, tam siccas quam alias, percipiendo et alternatim recipiendo. Erimus eciam de cetero ipsi et nos pares et equales in dictum molendinum, cum necesse fuerit, faciendo, reparando, reficiendo, jura predicti molendini pariter deffendendo et omnes redditus ratione predicti molendini debitos acquitando, et in omnibus aliis ad dictum molendinum pertinentibus salvis que superius sunt expressa. Et sciendum quod portiones nostre debent dividi per monnarios nostros utrique parti juratos dictum molendinum servantes. Preterea inter nos ordinatum extitit et concessum quod ullus nostrum poterit sibi accrescere in dicto molendino et pertinenciis ejus, quocunque modo, quin alia pars habeat medietatem tocius illius accrementi, parti tamen accrescenti pro medietate precii vel valoris competenter primitus satisfacto. Et si contingerit aliquid justicie nostre in aliquo deficere quod de jure ad predictum molendinum, tam ratione dicti molendini quam pertinenciarum, facere teneatur, nostenemur, ad petitionem dicti monnarii dictorum religiosorum ita libere et ita fideliter sicut ad petitionem nostri proprii monnarii dictis religiosis et nobis facere penitus dampnam reddi. Et ad hec omnia et singula nobis et nostris monnariis dicti religiosi modo consimili obligantur. Que omnia et singula esse imperpetuum rata et stabilia approbavimus. Ego jam dicta Johanna et ego Robertus Berthran et ego Guillelmus Berthran, filii ejusdem domine et heredes nostri et fideliter et unanimiter concessimus et a nobis et heredibus nostris, absque reclamacione et contradicione aliqua a nobis vel ab ipsis de cetero faciendis, firmiter et integre omnibus futuris temporibus volumus observari. In quorum omnium et singulorum testimonium perpetuitatem firmiorem et confirmationem majorem presentem cartam roboravimus nostrorum munimine sigillorum. — Actum anno domini M° CC° sexagesimo secundo.

Quam compositionem ego predictus Guillelmus ratam et gratam habeo et ipsam presente carta confirmo et ad hujus compositionis seu carte observationem et perpetuitatem firmiorem ego obligo me et heredes meos imperpetuum, aliqua alia littera non obstante. Insuper volo et confirmo quod homines residentes in feodo Auber, seu tenentes ab eodem, illi tamen qui temporibus retroactis ad predictum molendinum de Quevreoul molere seu siccas moutas solvere consueverint, de cetero, sine molestacione et impedimento mei vel heredum meorum, ad dictum molendinum de Quevreoul molant et siccas moltas et alias faciant et persolvant et dicti religiosi omnia predicta hene et pacifice possideant in futurum. Et ut hoc firmum et stabile permaneat et ut omnia et singula, sicut superius divisa sunt, permaneant rata imperpetuum, hac presente carta et sigilli mei testimonio confirmavi. — Actum anno Domini M° CC° octogesimo octavo, mense augusti, die dominica ante festum Beati Laurentii martyris.

Et pour cen que en la seconde a certaines retenues dont il fait mention en la premiere doivent estre les conditions des deuz lettres gardées bien et loiaument en la maniere que de dens est contenu ; et especiaument la condition de la derraiene lettre, oveques la declaration du viscontage, si comme au dessus des dites lettres est contenu, seront gardées. Et ensemment vout et otroia ledit chevalier que les diz religious et lour successours prengnent et aient cescun an, a la Saint Michel en septembre, quatre sextiers dorge a la mesure de Fontenay le Marmion en son moulin de Moe et dix et huit soulz chascun an de rente a la feste de Touz Sainz, en la partie du marchié de Breteville sus Laise, en la maniere que il est contenu es lettres que les dix religious ont de cen ; lesquels quatre sextiers dorge et diz et huit souls de rente les diz religious avoient et prennoient es diz lieuz et as diz termes, si comme il est contenu es fais diceuls de qui ledit chevalier represente la personne. Et est assavoir que les acquisitions faites es fieus ou es arriere fieus dudit chevalier, depuis les confirmacions faites par son pere, ne sont de rien en cest acort,

et demeurent sur cen les raisons dudit chevalier toutes sauves, et ensement les raisons et deffenses des diz religious quant a cen toutes sauves. Et pour ceste pais et acort les dis religious pour leur travail, mises et despens que il peussent avoir pour loccasion du descort de susdit et pour pais et amour nourrir entre euls, lour seisine tenans, en ont donné audit chevalier cent livres de monnoie courante, des quiels deniers euls len ont païé quatre vins diz livres, et diz livres lour a descomptez sur les arrierages de quatre sextiers dorge ; et des dix et huit souls de rente dessus dis, et se plus en avoit levé, les dis religious len quitierent. Equant as choses dessus est dit e divisé, sanz venir en contre dorenavant en aucune manere, ledit chevalier obligia soy et ses heirs et tous lour biens muebles et heritages presens et a venir, ou que il soient, a prendre, vendre, lever et despendre par la justice le Roy, doffice, sanz ordre et proces de plet, se einssi estoit que ledit chevalier ou ses heirs alassent de riens encontre les choses dessus dites ou aucune de cels. Et renuncha ledit chevalier, pour luy et pour ses heirs et pour tous avans cause de celuy a tout privilege de croix prise et a prendre, a toutes graces et indulgences de Pape et de Prince otroieez et a otroier, a tout droit escript et non escript, et au droit especiaument disant general renunciation non valoir, et a toutes autres choses et exceptions de fait, de droit et de coustumes, barres, deffense et dilations quelles que elles soient ou puissent estre, par quoy lacort dessus dit pourroit estre empeeschié, encombré ou retargié et la tenour de ceste lettre en tout ou en partie. Et nous, en tesmoing de cen, a la requeste desdites parties, avon mis a ces lettres le seel de la baillie de Caen. — Donné lan et le jour dessus diz.